






PANEGYRIS
INAUGURATIONI
Augustissimi Britanniarum Regis
WILHELMI
Et Serenissimæ Reginæ
MARIÆ
Consecrata, & publicata
AB
JOANNE JENS
Die xxj Aprilis MDCLXXXIX. in Auditorio majore Academiæ Leydensis.





LUGDUNI-BATAVORUM,
Apud JOANNEM TANGENAM, 1689.





ALLOCUTIO.

Qui modo Magnifici præbes Rectoris honorem,
Ob prius auspicium culte, colende mihi.
Ædis Apollineæ cura, meritisque per omnem
Communem Patriam Vir super astra micans.
Justitiæ civilis apex, lectissime Prætor,
Sic gravis infandis horror, ut ara bonis.
Et majestatis plenissime Consulis ordo,
Civica contendens accumulare bona.
Caste Scabinorum Juris Leidaque Senatus.
Quique his consilium mente manuve datis.
Quæque Professorum commendatissima famæ
Nomina, perfecti qualibet arte viri.
Eximii probitate, decens facundia quorum
Fædera selectis tradit amica Dei.

Doctores Themidos Sophiæ curave medendi
Florentes; inter quos venerande Parens.
Denique tu Juvenum lectissima copia, mecum
Musarum assiduè templa sacrata colens.

armine primitio nuper quodcunque Juventæ
Exhibui specimen, quod dabat ipse dies.
Ut fuit in nobis, tunc concelebravimus arma
Fortis Arausiaci Nassoviique Ducis;
Qui nunc, applausu Divûmque hominumque, par isti
Fulgori, sceptris imperioque nitet.
Hoc spatio (rem namq; juvat meminisse) locoque
Illustri, voces personuere meæ:
Quo noster primis (decus indelebile) in annis
Palladis Auriacus blandus alumnus erat;
Quoque suum excoluit pectus regale, deditque
Se placidâ dictis, ut decet, aure senum.
Hoc spatio hocque loco, Guilielmus in ordine primus,
Quem qui conspicuum condidit, unus erat.
Unus erat toto partam debebat in orbe,
Cui libertatem Belgica terra suam.

De-

Denique & ille ſuis, certâ impendente ruinâ,
Hanc qui ſuſtinuit viribus, unus erat.
Herois generoſi hujus generoſa Propago,
Alta ea laus Batavi ſeminis, alta ſui,
Ex multa rerum turba mihi præbuit unam,
Quam ſequerer celebrans mentis & oris ope.
Multiplici victum prece declaravimus illum
Primorum Albionis nobilitate virûm;
Eripiat ſolvatque malo, quod legibus eſſet
Ipſorum & ſanctis exitiale ſacris:
Exitiale, quod ô conflaſſent nomine Regum
Cladibus Europæ fata futura duo;
Sævitia faſtuque pares, cæcoque furore
Cenſentes pedibus cuncta premenda ſuis.
Iſta advertentem promtum quoque fecimus illum,
Hoc humeris pondus rite ſubire ſuis.
Virtutis ſtimulabat amor, ſtimulabat origo,
Et mentem incendens ignea flamma ſuam.
Ab Batavis igitur cedentem finibus illum
Vidimus, à patrii limitibuſque ſoli,
Quod per eum emicuit ſuper omnia tempore ab iſto,
Huic ſua cum Phœbus lumina prima dabat;
Robur ut invictum perſpectaretur & illic,
Eſt ubi maternæ gentis origo ſuæ.

Proh

Proh terræ cælique fidem! quæ monſtra? pateret
Quum ſua naturæ vertere jura ſtatum.
Æſtatem præberet hiems. Ipſa illa procellis
Feſtine poſitis æquora blanda forent.
Ipſaque ceu violare timens, ipſa hoſtica claſſis
Ad curſus viſum ſtaret amica favens.
Quin etiam ipſe ſui Gallus per litoris oram
Cerneret, ad tanta hæc cælitus orſa ſtupens.
Vidimus hunc animos in ſe vertiſſe Britannûm,
Omina & illorum fauſta, juvante Deo.
Denique quicquid erat ſumus incrementa ſecuti
Hujus Magnanimi commemoranda Ducis.
Aſt non Auriacum mea Muſa videbit eundem
Per maria, aut hoſtes, noxiave arma vehi:
Sed nunc fulgentem triplicis diademate regni,
Vibrantem validâ trinaque ſceptra manu.
Et cernet mea Muſa Deum detrudere, cordi
Queîs populi exitium perniciesſque ſui;
Erigere aſt alios fidei & pietatis amantes,
Hunc qui defendunt, eripiuntque malis.
Ergo age tu validas, regum Rex Maxime, vires
Sub tacito ad carmen ſubde favore mihi;
Cujus ut indulgens mundo pia dextra creavit
Hoc tam conſpicuum tam ſapienſque caput;
Atque

Atque animum appoſuit populis regniſque ſalubrem,
Unde hominum caperet gaudia multa genus.
Fac Deus alme, licet tenuis, pars inde favoris
Ad mea, quæ digne congrua, vota fluat.
Tu quoque, Rex Guilielme, throno jam magnus in alto
Autori porro te dare perge tuo.
Noſce, ſimulque imitare Deum, pax provida cujus
Paſſim imis etiam ſupplicibuſque patet.
Sum ſupplex humiliſque, oris Tibi dedita lingua
Intrepido currat pace citata Tua.
Tu quoque, quæ cæptis es ſpes fidiſſima noſtris,
Docta Cohors, Muſis officioſa tuis,
Quæ comem facilemque ornant; age, nupera cantus
Gratia pectoribus ducat & aure meos.
Unus amor Patriæ ratione valentior omni
Me pellit ſilvas rurſus inire ſuas:
Nam trahitur patriæ qui Regem laudat amore,
Qui vere eſt patriæ ſcilicet ipſe parens.
Adflat, & id majore modo, Rex ipſe Wilhelmus.
En toto impulſûs ſentio corde graves.
Hujus ab exemplo clementia publica ſumat,
Gratificaturum motum habitumque mihi.

ic pede transitur clara ad fastigia lento,
Hercule Arausiaco quæ radiante mi-
cant.
Sic ad honorati spectacula verticis imus,
Gemmea cui tandem justa corona venit.
Justa corona illi, cui soli huc usque Britannûm
Belgarumque salus cura laborque fuit.
Huic ergo unanimes Belgæ unanimesq; Britanni
Mollia devotâ fingite serta manu.
Quicquid adest, voti quod vos monstrare poten- (tes
Possit, ad Auriaci tempora Regis eat
En habet! en ultra nihil est optare. Precantes
Audiit, & summum contulit omne Deus.
Candida nunc festi cum rebus spargite vota,
Flos simul & sermo missilis omnis eat
In caput, ex tantis quod sic Deus evehit undis,
Certa simul vobis quo reparata salus.
Poscitur à vobis reverentia magna, genuque
Jam posito, pura Numen adite manu;
Et vivas, vivas, geminetur voce, Beatus
Rex, & in imperii sit statione vigil.
Talibus in votis accedite Numen; in Anglis
Facta fuit cujus quam manifesta fides?
Fædifragus solio nam quod detrusus avito,
Milite multiplici cinctus & ense licet;

Ac

Ac pravis etiam ſociis inſtructus & auro;
Quæ niſi clara fuit Numinis illa manus?
Ut porro in vacuâ reſideret ſede viciſſim
Ut legum, veræ ſic pietatis amans
Princeps, Oceani magna diſſeptus ab unda
Nuper, & in Batavo ſic ſatis orbe placens,
Nec curans aliena, ſui moderator acerbus,
Quæ niſi clara fuit Numinis illa manus?
Ille equidem ſceptri qui nunc innititur auro,
Deſcribens æquo regia jura modo;
Non venit huc, priſcos quod tangat ſanguine reges,
Nec decus hæc offert nobilitatis iners;
Sed virtus, ea dura, diu perpeſſa labores,
Et ſpectata diu, nunc & ubique patens.
Hæc eſt, quæ placuit, quam tanto munere dignam
Nunc cenſent homines, cenſet & ipſe Deus:
Qui delectu habito, & digito velut indice monſtrans
Hic, hic, pro vero eſt Rege colendus, ait:
Nec ſane inſolitâ furtivè culmen in illud
Scandere tentavit, non licitâque viâ,
Aſtute irrepens, aut particularibus auræ
Vanorum ſtudiis ambitione potens.
Artibus arcanis non plebs tentata, favoris
Injuſti ſectrix eſſet ut ipſa ſui.

 Non

Non donativi ſpe pravâ miles adactus,
Verteret omiſſà quo ſua ſigna fide:
Omnia ſed rigide ſpectans, momentaque ſervans
Juſtitiæ, tanquam nuncia certa poli.
Singula quæ poſtquam ſunt viſa addicere, poſtquam
Clamabat populus, major & ordo ſimul;
Atque adeo ſexuſque omnis, ſimul omnis & ætas
Traderet unanimi regia caſtra manu:
Atque illud magnum inprimis admitteret omen,
*Vindictam Patriæ quod benè ferre jubet;
Serus adoravit dextramque & juſſa vocantis,
Ad ſibi, ad uxori debita regna Dei.
Heu vere felix! cui ſic anteambulat Æther,
Et cujus cauſa eſt cauſa manuſque Dei.
O miranda Dei ſed ſancta potentia! ludens
Rebus in humanis, ſed tamen æqua manens.
Illa eſt, quæ quoſcunque videt violare ſacrata
Spernit, & indignas orbat honore comas.
Illa etiam claros vario ſplendore coronat,
Queîs curæ eſt pietas & niſi vera fides.
O miranda Dei ſed juſta potentia! privans
Hunc quo tam breviter fulſerat ante throno,
Hunc, qui Tartareis ſtimulis impulſus, & arte
Heu! circumventus qui Ludovice tua,
More

* Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

More lupi voluit (ſi quæ ſors tanta tuliſſet)
Ipſe vorare ſuas inſatiatus oves.
Hæc eadem vis ſancta fuit, quæ ſceptra paravit
Auriaco, paſtor qui bene fidus erit;
Nec parcens ſibi, quò pecuaria credita ſervet,
Et commendatum firmus ovile beet.
O bonitas miranda Dei! meliore metallo
Quiſnam eſt, cui potuit ſumma regenda dari?
En lubet, en liceat veſtrâ cum pace, Britanni,
Nunc veſtri propius Regis ad ora vehi:
Hujus ut ad vivum ſic contemplemur honeſta
Indolis, imperio vel cuicunque paris.
Ut ſic, quæ clare clementia ſiſtit in illo
Numinis, elucens ſplendeat, arbitrio;
Noſque ſimul doceat meditari ſanctius omnes,
Quâ cœlum & regem laude ſequi deceat.
Si modo conſpicias, quæ non perfecta capeſſit
Munera Magnanimi qualiacunque Ducis?
Adſpice, martis erit vultus, qui ſponte loquatur,
Quam metuat nullo tempore velle mori.
Ille erit, excubiis, ubi res gravis exiget, agros
Scpturus veſtros, ut vigil, atque domos.
Ille, ubi procurri vel propugnare decebit,
Ardua pro veſtrâ bella ſalute geret.
Novimus hoc Batavi; per eum quoq; gloria veſtra
Bellica in immenſum creſcet ubique magis.

Quidquid erit læſum, volet ac reparare valebit,
Cæſar & ex vero Julius alter erit.
Armorum doctrina, quibus vexata juventus
Arſque paterna fuit, nulla par eſſe poteſt.
Nec refert, ſubvectus equo num militet, anne
Hic inter pedites pugnet agatve pedes.
Agmina qua ſerie ſint diſponenda peritus,
Bellica quo claſſis ſit ſtatuenda modo.
Quam circumſpecta novit ratione cavere,
Ordine pars cunei ne cadat ulla ſuo.
Metari nunc caſtra ſuis ſecura, ſed hoſti
Noxia, & horrendis undique acerba minis:
Doctus & exempli proprii virtute præire,
Fortius ut reliquus miles in arma ruat;
Atque ubi ſe frænans dictat ſapientia, retro,
Si fortuna ferat, rite referre pedem.
Sic ubi ſunt ſcopuli, vitandæ & in æquore rupes,
Expertus novit flectere plectra ratis.
Hannibal huic, huic Pyrrhus ineſt; Cornelia belli
Gens felix unum non replet Auriacum.
Vera loquor; mihi non ætas, non cura ſtudendi
Incipiens, blandè fingere verba dedit.
Quod potui vidiſſe, quod ipſo in pectore fixum
Sentio, quod verum res docet eſſe, loquor.
Nomen ad Auriaci decedite, quidquid ab ævo
Lingua celebrati rettulit ulla ducis.

Sic

Sic nos ex merito Batavi censemus, & inde
Ad dotes tanti vertimus ora Viri:
Vivida virtutum quia nos raptavit imago,
Qualis non alibi conspicienda fuit.
Quid loquor? ecce modo pretium majore, Britanni,
Vos datis, à vobis amplior auget honos.
Quum tot circumstent insana pericula passim,
Morbus & in vestro corpore creber agat:
Imperio nubesque graves & fulmina vestro
Immineant, odio jam coitura gravi;
Undique succedantque minæ, subeantque procellæ,
Unus, quem pressi respiciatis, adest.
Unus adest, cui multiplici discrimine, cum spe
Summa videretur res potuisse dari.
Hunc edicta Ducem legerunt publica belli,
Perfugii certum se bene quisque putat.
Nec satis; en, quo nil homini sublimius, ultro
Jam solium Regis, nomina, jura datis.
Nec nimia est mensura tamen; quum præmia vincens
Omnia magnanimæ mentis amore premat.
Nil in eo minus est, quam spes & vota legentum
Fallere, cui mos est cuncta superjacere.

Quid

Quid? nonne in tanto, quem totus ſuſpicit orbis,
Trajectu, Regis maxima ſigna dedit?
Grata igitur Batavis ſenſus concordia veſtri,
Gratum hoc certamen quo ſuperantur habent.
Regia nunc virtus, nunc nomine ſplendida tanto
Promta ſalutarem tradet utriſque manum:
Albionis vires, & tela minacia Belgæ
Juncta per hanc poſthac fœdere perpetuo,
Nos ſat ab infando poterunt raptore tueri,
Quem regni Europæ torquet anhela ſitis.
Quid fruſtra Auriacum, Ludovice, laceſſis? at hujus
Contemnit gladios cuſpis acuta tuos.
Ille habet impavido validum ſub corde Leonem,
Hoc duce terrorem nulla pericla dabunt.
Ut bene nixa illo Batavis fiducia ceſſit,
Sic bene, ſi vera eſt, cedet &, Angle, tibi.
Sed neque tam vires bello & certamine creſcent,
Pugnando & veſtri nominis horror erit;
Urbanas etiam componet ſanctius artes,
Rebus pacificis & dabit ille decus.
Quod paſſim diſtare ſolet, ſtudioſus in armis
Et legum patiens ſenſus, in hoc coiit.
O felix natura! quibus virtutibus illum
Ornaſti? quantis dotibus ille ſcatet?
Quæ bonitas animi? Cæſar Germanicus alter
Et teneræ mentis cuncta referta notis.

Illius

Illius integritas; quam ſanguine traxit avito,
In non fucatâ ſimplicitate micat.
Eſt comis, nec fronte tumens, affabilis omni,
Quamlibet exiguæ conditionis agat:
Nec dubitat placidè vota exaudire rogantis,
Excipere & facili ſupplicis aure preces:
Atque uti fama tulit Tito de Cæſare quondam,
In vanum lacrymas nullius eſſe ſinit.
Declarans rebus, quod habens Trajanus in ore
Dicebat, populis ſe dare velle ſuis,
Qualia ſperabat regem ſibi dicere jura,
Si quoque plebeii pars foret ipſe gregis.
In tantum ut Reges facile quoſcunque priores
Vos erga Auriaci vicerit hujus amor.
Hunc & ſobrietas, atque ipſa modeſtia pingit,
Hæc quaſi theſauri maxima gaza ſui.
Mens firma & conſtans, hominum pulcerrima virtus,
Hoc in ut in propriâ ſede locata viget.
Sic ratio, ſic rerum uſus formavit, eundem
Vultum compoſito ſemper habere ſtatu.
Nec ſane exſultans, nimium nec gaudia prodens,
Cum res ex voto proſperet aura ſuas.
Non etiam penitus labefacto pectore mærens,
Cum ſeſe adverſis ſors premat atra malis.

Proque spei fulcro fidum sibi numen adoptans,
Ancora quæ semper sola sat esse potest.
Accidat humanis rebus quæcunque ruina,
Impavidum tanget nulla ruina caput.
Hic vir hic est, animoque diu meritisque paratus
Regno, qui regem reque fideque geret.
Illius indigenis addetur imagine calcar
Virtutis; speculæ civibus instar erit.
Hæc adamantæi vis denique ferrea muri,
Et sacra & leges quæ tueatur, erit.
Surge (nec invidia est) en surge, Britannia, summi,
Quod norunt homines, pignus adepta boni.
Degite felices hoc defensore, Britanni,
Tempora diversis sint recreata bonis.
Quæ minus ut timidè componam vota, & eorum
Spondeat eventum non dubitanda fides:
Efficiunt magni consortia dulcia regni,
Additaque huic Soli Luna coruscâ facit.
Subsistam? pergamne? decus regale, Britanni,
Quod Regi MARIÆ nomine junxit amor,
Quod Regi veneranda Dei sapientia junxit,
Communis fontem lætitiamque spei,
Ad liquidum docti manus ulla valebit Apellis
Pingere, & ex vera ducere parte notas?
Illius ætatem tibi contigit, Anglia, primam
Nosse, sed & cultu composuisse tuo.

Mox

Mox qualis, mox quanta data eſt miranda Batavis?
Quam fuit hæc vere nominis ipſa ſui?
Illa tuas, Natura, manus illuſtrat, & ornat:
Ars tua non alio corpore tanta patet.
Proxima ſic cœlo ſunt omnia, dignaque ſceptris;
Nec niſi quam patriæ regia laxa capit.
Majeſtas ubi tanta micat? quæ neſcia faſtus
Elatumque ſui ſic ſinit eſſe nihil;
Obvia quam miſeris vultuque manuq; benigna?
Humani generis cuilibet ara patens.
Quantus ineſt animi vigor, & quam tempore in omni
Præſentis genii pignora magna dedit?
Ut nihil admittens in ſe violabile, propter
Res mundi vanas, & peritura bona.
Novimus exortas turbas, quum ſpeque datiſque
Tentaret mentem perdere velle Pater,
Jura Caledonii certiſſima vincula ſceptri
Sancita & veteri relligione patrum,
Quum cuperet disjecta, ſibi ut munita quibuſvis
Rebus abutendi ſemita lata foret.
Sed nil de Patriæ decidere Filia jure
Cenſuit, & Patriæ cedere poſſe Patrem.
Quis fuit ille animus, quum res tempuſque Maritum
Cogeret ex alto regna paterna ſequi?

 Quum

Quum varia, & vero contraria sæpe volaret
Fama, per ingrati pectoris acta viros.
Quam bene firma suo mansit fiducia cœlo?
Quam nullâ potuit mens proba fraude quati?
nc donec licuit, concita Hollandia passim,
Cernenda ad tantæ Principis ora ruit;
Congestumque videns virtutum Heroïdis agmen,
Nescio quid majus fassa videre fuit.
Qui cursus, qui discessu sed motus in ipso?
Omnibus una locus civibus Haga fuit.
Principis extremus laudatæ aspectus agebat.
Ut passim & semper tunc sonus unus erat;
Heu! nunquam rediturus abit flos! unde vigorem
Hactenus & speciem publica nacta salus.
Concolor huic nihil est. Abit ah! ea palma decoris
Hollandi. Tecum floruit Haga simul.
Hoc abitu, Veneris primaria forma Britannæ,
Luridus arescet noster ubique color.
Sed quoniam discessus adest, atque alea præsens
Temporis in Patriam te remeare jubet,
Sis memor ô nostri, & radii quandoque benigni,
Ut vegetet Batavos, trans mare mitte notam.
O utinam nostræ gestare per æquora vires
Te possent! gratum quam foret illud onus?

O uti-

...ire viam per littora juncta
...ius! pelagi ne foret unda gravis.
Sed valeat natura. Preces atque omina tangent
Nostra Deum; ut nostram suppleat ipse vicem.
Sic scandit Regina rates; expansaque ventis
Ab Batavo tandem littore vela dedit.
Heu quam per noctes custodia perpes inhæsit,
Et pariter cunctos, quæ foret aura, dies!
Magnus amor stimulans famæ ducebat anhelos,
Qualia trajectum fata secuta forent.
Sed jam Musa tene. Nec enim si sponte faveret,
In tantum vires Cyrrha beare tuas
Ipsa potest, ut quos deserta Batavia, vel quos
Indueri felix Anglia, pernumeres
Multiplices animorum habitus, quos credere fas est,
Oceani varias exsuperasse vices.
Sunt plectrum super illa tuum, ingeniumque fatiscens,
Et ne quid vitiet, languida lingua timet.
At tu lude tamen, tu lude, Britannia, cunctis
Adventu tanto libera facta malis.
Instaura festosque dies, albataque plausu
Lætifico in melius tempora versa tene.

 Ipse

Ipſe novet Veſtam nunc relligio [illegible]
  Faxque probet cordis ſigna ſere[illegible]
Nos quoque longinqui ſpecie tungem[illegible]dem;
  Flamma licet tenuis, candida flamma tamen
Mentis erit noſtræ ſecritum ænigma; Batavos
  Iſta voluptatis ludet imago tuæ.
Surge, & adoratos ubi cinxerit inſula Reges,
  Linguæ fauſta fides obſequiique ſonet.
Sæcula jam venæ tibi candidioris agentur,
  Et luces ſparget ſol meliore comâ.
En abiit furor ille, tuas qui tigridis inſtar,
  Sive lupi cupiens diſſecuiſſet oves.
Illæ Acheronteæ procul hinc ceſſere cicadæ,
  Veſtra quibus nuper regia plena fuit.
Felices, ſi vos capiant oblivia nunquam
  Numinis, in cujus regia ſceptra manu.
Ille Deus cælo exitium proſpexit ab alto
  Impendens veſtris jam jugulisque minans.
Ceſſit Arauſiaco ſed propugnante periclum,
  Verſaque in Autores omnia fæda ſuos.
Certior hinc veniat fidei conſtantia vobis,
  Et laudes creſcant hinc in Arauſiacum.
Atque ubi ſperatis ſucceſſibus omnia plena,
  Et liquida ex voto commoda veſtra fluent;
Dicite. Tam Batavos ſuccurrere fratribus Anglis
  Non piguit, ſua ſic noſtra pericla ratos.

Dici-

est H
ELMI tam pia terra vale.
ius, ea est, quæ contulit arma;
et miles, contulit illa rates.
næ Regisque in imagine bini
r, esto paris copula nostra jugi.
Regina ulnis complectitur ambos,
oque sic vinclum connubiale liget.
tus quoque nos conjunxerit

M unius relligiosa Dei,
Quemque illi placuit mundo concedere, Christi,
Sit bene juncturæ gratia nostra tenax.
Vos quoque jam Reges ostendite regia corda
Mundo, & ab ingenuis serva vetare geri.
Gloria in imperii clarescat munere vestra.
Adstet Regali fama secunda throno.
Factio subjectos distinguat nulla, sed æqua
Pastorum fidas gratia pascat oves.
Ulla nec insontem divexent dona clientem,
Immeritos nunquam tetricus angor agat.
Sit procul ab solio quævis truculentia vestro.
Impietas animos barbara nulla liget.
Certa fides vigeat, quam non temeraria verba
Promittantque modo commaculentq; modo.

Sic

gloni,

Propugn... s, ...aque h...

Has per virtutes Rex tanquam ...

Quoslibet unanimi stringit ...

Hæc arma, hæc sunt invicti mun...

Imperiique, simul Principis, una

Rumpere quam nunquam fraus intel...
hostis,

Nec, si est ulla magis, vis...

Hanc mentem, Rex Magne, T... ...ximus
indat,

Sisque Deum curans maxima cura Deo.

C E C I N I.

